Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



312

Quid ē transii perfice peruenias spiritalia. Intrauit in sanctuarium dei ut intenderem in nouissima & ecce non erat & quasiuit eum & non ē inuentus locus eius; Custodi innocentiam, Tene quomodo cum auarus eēs sacellum tenebas quomodo tenebas sacellum & ibi excorquetur a diabulo; Stillacet tum patrimonium tuum de quasunt diuites & pauperes; Custodi innocentiam, Quid tibi prodest lucrum auri & damnum in nocentia ē custodi innocentiam & uide directionem;

Habe & oculos directus ut uideas directionem; Non pretuos quib. male uides & distortos ut distortus tibi & pretuus uideatur dēs; Quia fauet impius & persequitur fideles; Non uides quam tortum uideas corrige oculos tuos & uide directionem; Quam directionem noli ad presentiam adtendere quid uidebis; qnm sunt reliquiae homini pacifico;

Quid ē sunt reliquiae; cum mortuus fuerit sonerismor tuus, hoc ē sunt reliquiae erit illi aliquid & post hanc uitam hoc ē illud semen quod in benedictione erit unde dnūs qui credit in me in quid lice & moriatur uiuet qnm sunt reliquiae homini pacifico; Iniusti autem disperient in idipsum in sempiternum uelomnes simul in unum reliquiae impiorum peribunt; Sunt autem reliquiae homini pacifico; Iniusti autē disperibunt in idipsum; Quid ē in idipsum in sempiternum uelomnes simul in unum reliquiae impiorum interibunt; sunt autem reliquiae homini pacifico; Ergo qui non sunt pacifici impii sunt;

Beati enim pacifici quia ipsi filii dei uocabuntur; Salus autem iustorum a dno & protector eorum ē in tempore tribulationis;

Et iuuabit eos dnūs & eruet eos & exiet eos ex peccatoribus; Tolerent ergo modo peccatores iusti; Tolerent frumenta zizania; tolerent triticum palleam; Qui aut enim & tempus separationis & eximitur semen bonum abeo quod igne consumetur; Illud in horreum mittitur; Illud autem in aeternam conflagrationem; Quia ideo simul fuerunt primo iustus & iniustus, Ut ille supplantaret ur. Ille probaretur; Postea autem ille damnaretur ille coronaretur; Dōgratias ff. reddidimus debitum in nomine xpi. sed nos caritatis debitores semper tenetur; Illa enim una ē quae & si cotidie redditur semp debetur; Multa diximus aduersus donatistas multa uobis rectauimus multas chartas multa preter canonem scribtuarum illis cogentibus;